



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Concordia. Pia Et Vnanimi Consensv repetita Confessio
fidei & doctrinæ Electorvm, Principvm Et Ordinvm Imperii,
atq[ue] eorundem Theologorum, qui Augustanam
Confessionem amplectuntur**

Lipsiæ, 1606

VI. De Sacramento altaris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35443

VI. De Sacramento altaris.

DE Sacramento Altaris sentimus, Panem & Vinum
in Cœna esse verum Corpus & Sanguinem Christi,
& non tantum dari, & sumi à pijs, sed etiam
impijs Christianis.

Et non tantum vnam speciem esse dandam, Non
nim indigemus doxosophia ista, quæ nos doceat, si
vna specie tantum esse, quantum sub vtraq;^z, sicut So-
phistæ & Concilium Constantiense docent. Etiæ enim
verum esse forte possit, quod sub vna tantum sit, quantu-
m sub vtraq;, tamen vna species non est tota ordi-
natio & institutio per Christum facta, tradita & min-
data. In primis vero damnamus & execramur in no-
mine Domini omnes eos, qui non tantum vtramque
speciem omittunt, verum etiam tyrannice eam prohibe-
bent, dominant, & blasphemant ut heresim, & ita le-
plos supra & contra Christum Dominum & Deum ad-
strum extollunt, opposentes & præponentes se Chri-
sto, &c.

De Transsubstantiatione subtilitatem sophistarum
nihil curamus, qua fingunt, panem & vinum relinquent
& amittere naturalem suam substanciali, & tantum spe-
ciem & colorem panis, & non verum panem remaneat.
Optime enim cum sacra scriptura congruit, quod pa-
nis adsit, & maneat, sicut Paulus ipse nominat, Panis
quem frangimus. Et: Ita edat de pane.

VII. De Clauibus.

CLAVES sunt officium & potestas Ecclesie
Christo data, ad ligandum & soluendum peco-
ta, non tantum enormia & manifesta, sed etiam
subtilia, abscondita, soli Deo nota, sicut Psal. 19. scri-
ptum est: Delicta quis intelligit? Et Rom. 7. Paulus